

et suo loco diximus, & in specie tradit Bald. Nouel. qui sibi. Quanquam non ignorem Ioa. Baptistam à sancto Blasio in tract. de doce. centuria tercia. n. 27. post Pratum scriptisse, nec contra hanc præsumptionem iuris, & de iure admitti probationem in contrarium per cōfessionem mulieris ob favorem dotis.

Tertia fuit opinio † Baldi in d. l. vniā. in princ. C. de rei vxo. actio. qui distinguit, quod aut apparer stipulationem fuisse interpositam, & tunc non est locus præsumptioni, vel fictioni. Aut verē non fuit interposita, & tunc finguatur. Aut est dubium, & tunc præsumitur. Hanc Baldi distinctionem probarunt Ang. ibid. Ias. in §. fuerat. n. 55. Inst. de actio.

Caterum superuacaneum est præsumere stipulationem in casu dubio, cū luctuarius statuerit semper subintelligi. Et distinctionem hanc in specie probarunt Jacob. Niger. & Alber. Bolog. præcitat. in locis. Quarta fuit opinio Emanuelis Costæ, in l. si ex cautione, nu. 4. 11 Dispositio legis nou dicuntur, à qua homo recedere, & pro arbitrio disponere potest.

Extendor primò hac fictio, vt locum etiam habeat ad beneficium, & cōmodum mariti, cui non promissa est dos. Ita Baldus Nouellus in d. tract. de dote, parte sexta, priuilegio secundo, n. 6. & Campiegus in tract. de dote, par. 1. q. 57.

Extendor secundò, vt procedat etiam † in patre filia, cui promissa est dotis restitutio. Bal. Nouel. in d. priuileg. 2. nu. 7.

Extendor tertio, vt locum etiam habeat quando cautum est statuto, quod instrumenta publica paratam habeant executionem. Nam & tunc facta hoc stipulatio

Quamvis etiam effecta major pateretur maritum bona posside-re, & administrare. nu. 3.

Quod tamen non procedit, si effecta major marito post quinque annos contradixit, aliquibus presentim accedentibus coniuncti vis. nu. 4.

5 Mulier etate minor solum habens bona mobilia, quae seruando seruari nequeant, præsumitur ea in dotem dedisse. Et quid si habeat curatorem. nu. 7.

6 Bona mobilia minoris, quae seruando seruari nequeant, sene prætoris decreto, & alij solemnitatibus alienantur.

8 Dotem quam prima merito dederat mulier, eandem secundo numeris tradidisse præsumitur. Redduntur rationes voluntatis. n. 12. & 13.

9 Alienationis prohibito revum minoris virum in rem sit, vel in personam.

10 Alienare prohibitus à testatore, nec inter viuos distractabit, aut testamento relinquit, habet tamen heredem ab intestato.

11 Dispositio legis nou dicuntur, à qua homo recedere, & pro arbitrio disponere potest.

13 Viduas difficultus, quam virginis nubere consueisse.

14 Mulier etate maior nubendo, an oratione bona in dotem dedisse præsumatur, stante statuto, ut sine consensu propinquorum, vel iudicis auctoritate non obligentur.

Et quando statutum id non habeat locum. nu. 15.

16 Dotem marito constituere, damnum esse mulieri non vtile.

17 Statutum requirens consensum propinquorum, in contractibus mulierum, an etiam locum habeat in dote. & nu. 18.

19 Matrimonium sine dote esse potest.

20 Statuti correctori, & odiose verba de casu vero, non fictio intellegenda.

21 Statutum disponens circa dotes valet, dum non sit matrimonij

43 Dotem viro secundo traditam eam præsumi, que priori erat cōstituta, tunc procedere, si quantitatē illius vir cognoverit, secus si ignorauerit.

44 Indebitus scienter solvens præsumitur donare.

45 Debitorum nomina in dotem data non præsumuntur.

Quo tamen casu ea etiam tradita præsumuntur. num. 46.

47 Cessionem circa translationem actionum idem operari, quod traditio facit circa translationem dominij.

48 Dotis nomine res corporales data, tum demum cōsentur, ubi traditio interuenit, sic nomina debitorum, seu actiones, vel cōcessio.

49 Mulier nubendo primo viro, si exp̄esse debitorum nomina nō dedit aut actiones cessit, in dotem ea dedisse non præsumitur.

Quid autem si ubi prīmi mariti heredes pro dotis quantitate obligati sunt, an illud nomen secundo viro in dotem dedisse præsumatur. num. 50. 51. & 53.

52 Nomina debitorum inter bona connumerantur.

54 Mulier etate maior, nubendo primo viro, non præsumitur omnia bona sua dotis nomine constituisse.

55 At si aliquo posito, non sequitur necessario positio alterius, qui ab eo potest esse remotus, & separatus.

56 Maritus bona mulieris administrare potest, absque, eo quod in dotem sine sibi concessa.

57 Mulieres sui natura auare sunt.

58 Concessum, uno casu, in reliquis censetur prohibitum.

59 Dotis constitutio est contractus, qui aut re, aut verbis, aut consensu causatur.

60 Consensus, vel verbis, vel nutu, vel nuncio declaratur.

61 Mulierem nubendo bona sua in dotem dedisse, ut aliqui opinantur, erroneum demonstratur.

62 Aristotelis, vel Ciceronis auctoritate.

85 Verbum, do, significat dominij translationem.

88 Mulier affirmans bona sua in dotem dare nolle, nisi conficiatur instrumentum publicum, eo cōfēcto data præsumuntur.

89 Bona aliqua reliqua mulieri, dotis nomine, ea nubente, viro in dotem data præsumuntur.

90 Dos mulieris iam ante anupti, et si nil dicatur, viro secundo eadem data præsumitur.

91 Filia cui pater dotem in testamento reliquit cedendo actionem marito ad eam consequendam, præsumitur dotem constitutisse.

92 Cedens actiones, cessionarium in suum locum reponere dicitur, & dominium transferre.

93 Filia petendo legatum dotis nomine reliquit, ante matrimonium initum, cum cautione in dotem illud conuertendi, nubendo nulla dotis mentione facta, dedisse in dotem præsumitur.

94 Filia cui in testamento dos reliqua est, non petendo reliquit sibi præstari, p̄trum simpliciter nubendo dotem eam præsumatur viro dedisse.

D Ispatatio est summè utilis, & in foro frequens, an & quando mulier præsumatur tradidisse bona sua omnia in dotem viro? Distinguam ergo aliquot casus, vr, quod à nostris perplexè admodū pertractatum fuit, explicem.

Primus itaq; est casus, quando mulier non antea nupta, est etate minor. Hoc in casu non † præsumitur dedisse omnia bona sua in dotem. Ita Bar. in l. si constante, in princ. nu. 79. ff. sol. matr. & idem in sua quæstione se-

sonis mariti non fuerit titulus dotis, sequitur q̄ nec ipsius possessionis continuatio, titulu hunc habere potest.

Declaratur primò, vt nō procedat hic casus, qñ t̄ mulier h̄c effecta major post quinquenium non contradixit, sed acqueuit viro possidenti bona hac tanquam dotaria, & concurrunt aliquæ coniecturæ, quib. colliguntur mulierem hanc voluisse tempore nuptiarū dare bona sua in dotem. Nam tunc cursu hoc t̄ p̄s præsumitur ratificasse dotis constitutionem. Ita in specie declarat Calc. in cons. 11. num. 10. in fin. & secutus est Phanuc. in tract. de lucro dotis. in gl. 10. num. 45. vers. circa quod,

Declaratur primò hic casus, vt locū non habeat in t̄ muliere minore, quæ solum haberet bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt. Namea in dotem dedisse præsumitur. Ita scribunt Negusantius in tract. de pign. in 2. par. in 4. membr. num. 7.4. Curt. Iun. in cons. 168. nu. 19. Roland. à Valle in tract. de lucro dotis. q. 45. nu. 6. qui sic intelligit Gulielmum Cuneum in Lingenuum. ff. de statu hom. & Phanuc. in commentarijs, de lucro dotis. in glos. 10. nnn. 23.

Ea est rō, quia h̄c bona mobilia, t̄ quæ seruando seruari nō possunt, sicuti pecunia, & similia, alienari p̄t à minore sine decreto prætoris, & alijs solemnitatibus, vt tradunt gl. & Doctor. in 1. 1. §. fuit quesitum. ff. ad Treb.

Ceterum declarationem hanc in t̄llo eo casu, quādo t̄ mulier h̄c minor non haberet curatorem, secus si haberet: Nam tunc non potuisset se ipsum obligare, atque ita dotem hanc constituere. Ita colligo ex Cur. Iun. in dicto consil. 168. num. 17. à sensu contrario.

Secundus est casus, qñ mulier h̄c etate minor iā nuptia fuit primo, cui adhibito decreto prætoris & alijs solemnitatibus constituit dotem ipsi primo viro, et in oib. suis bonis, & deinde eo defuncto nubit secundo, nulla alia adhibita solēnitate, decreti similis. Nam hoc in casu præsumitur dedisse secundo t̄ marito eam dotem, quā dederat illi primo. Hanc sententiā probarunt lo. And. in addit. ad Spec. in tit. de don. inter vir. & vxor. §. vlt. vers. quid si mulier. Bald. in vlt. C. de legit. tuto. idem in l. si constat. ff. sol. matr. & ibid. Ang. Alex. Iaf. nu. 229. Ruin. in rubr. ff. sol. matr. nu. 211. qui cōem esse dixit. & motus est textu l. conditionib. pupil. ff. de cond. & demonstr. vbi Bar. nu. 4. no. hanc esse obligationem prouenientem immediate ex dispositione legis, non autem ex persona minoris, qui propterea obligatur. Quod argumentum non est verum, cum nō sit obligatio legalis, vt mox dicemus, & ob id nec argumentum concludit, quia idem esset discordum, quando mulier primo nupsit, cui tamen non dē dedisse immobilia, vt diximus supra in primo casu.

Secundo eo argumento vſi sunt, q̄ prohibito t̄ alienationis rerum minoris est in personam, non autem in rem. l. in princ. ff. de reb. eorum. l. lex quæ tutores. in fine. C. de administr. tut. & l. non solum. C. de prædijs minor. Alexand. in cons. 2. lib. 1.

Atqui prohibito alienationis in personam non comprehendit alienationem, quæ a lege fit, sed solum quæ ab homine. Et ideo prohibitus alienare à testatore, nō poterit, quidē t̄ inter viuos distrahere, nec testo alicui relinquere. l. peto. §. fratre. de leg. 3. poterit t̄ habere successorem ab intestato, quia illa est legis dispositio. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. vbi Bar. & idē in d. §. fratre. Cum hac sit alienatio legis. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. que sub prohibitione non continetur, vt declarant Aret. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. col. 2. ff. de acqui. hæred. post Baldwinum in Auth. contra rogatus. C. ad Trebell. & idem respondit Butrius in consil. 35. Ergo in casu nostro mulier h̄c minor non prohibetur dotem constitutre.

Ceterum h̄c argumentatio facile diluitur. Nō enim verum est dispositionem esse legis, quod mulier nubendo dicatur dare bona sua in dotem. Imò tora est dispositio hominis, quam talem esse lex præsumit, vt recte in

specie respondit Corn. in cons. 254. col. vlt. vcf. nec ob-

stat vlt. lib. 1. cuius traditio cōprobatur ex his, quæ scriptum supra lib. 1. q. 46. in 2. casu. vbi diximus, q̄ illa nō dicitur dispositio t̄ legis, quando homo potest ab ea recedere, atque ita eam p̄ suo arbitrio disponere. Et ibi declarari illa similia, quæ ad rem hanc commemorat Ruin. in d. rubr. ff. sol. matr. nu. 216. sicuti in casu nostro, in quo potest mulier non dare in dotem bona data primo viro, si eam non promisit. Et dum pro constanti p̄supponit Doctores isti, quod lex disponat mulierem debere constituere dotem secundo marito, qua fuit cōstituta primo, falluntur, quia lex solum præsumit, non autem constanter statuit. Præterea h̄c argumentatio nil ad rem facit, quia non hic disputatur, an mulier h̄c potuerit, vel non potuerit, sed solum an voluerit.

Tertiò itaq; loco melius h̄c sūa probari ita p̄t, cōsiderando duo, potentiam scilicet, & voluntatē. Quo ad potentia dicimus, hanc mulierem minorē posse, absque alio Prætoris decreto, postea quā adhibitus illud fuit in prima dotis constitutione, facta primo viro. Qñquidem sufficit semel obseruatam fuisse solemnitatē requisita in his alienationib. bonorum minoris. l. tutor rerum. ff. de admin. tut. vbi Bar. & tradunt Soc. Iaf. & reliqui in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. pos. & dicemus infra. in tertio casu, in secunda extēsione, vbi similibus cōprobabimus. Quo verò ad voluntatē, credimus mulierem hanc voluisse eandem dotem constituere, quam consti- tuit primo, tum quia t̄ secundū virū & quā dignū ac pri- mū indicavit, ex quo ei se iunxit, tum ēt quia confide-

13 rare potuit, viduas t̄ cōsueuisse difficultius nubere, quam virgines, & ob id opus esse opulentam dotem habere.

His intelligimus, minus recte sensisse illos, qui opinati sunt, hanc mulierem minorē secundo nubente, non præsumi dedisse eādem dotem secundo, quam dedit primo. Qua quidem in opinione fuerunt Bart. in d. 9. idem in l. certi, C. locati. vbi Comen. & Imol. quos sic recenset Ruin. in rubr. ff. sol. matr. nu. 209. qui num. 217. respon- det argumentationibus ab his consideratis. Et ex iam dicti confutari facilius, & verius possunt.

14 Tertius est casus, quād mulier est etate t̄ maior, sed in ea civitate extat statutum, quo est cautum, qđ mulieres non possint se obligare sine consensu propinquorum, vel sine iudicis auctoritate. Hoc in casu, an mulier nubēdo præsumatur dedisse omnia bona sua in dotem. Variē sunt Doctoriū opiniones. Vna fuit Cornei in consil. 254. n. 4. & in consil. 282. col. 5. vers. 4. corroboratur hoc mediū. lib. 1. qui existimauit, non præsumi hanc dotis constitutionem. Et Corneum secutus est Phanuc. in commentarijs de lucro dotis. in gl. 10. nu. 18. & nu. 23. vers. & dā- natur. Idem sensit Monterentius in commentarijs ad statuta Bononię. l. lib. 4. Rub. de dotibus restituendis. §. præ- terea omnia. in gl. mulieris. Et est efficax ratio, quod si- cuti mulier sine consensu propinquorum, non potuisset se ipsum obligare expresse, ita nec tacite, constituendo dotem, vt diximus supr. Altera fuit opinio Soc. Sen. in consil. 80. lib. 4. dum de eadem facti specie respondit contra Corneum. Idem censuit in consil. 61. lib. 3.

Primi ea rōne moti sunt, quod statutum hoc prohibens mulierem obligari sine consensu propinquorum. l. 15 cum non h̄t, qñ t̄ mulier actum sibi vtilem facit, vt tradunt Bal. in l. neque. C. de contrah. & cōmit. stipulat. & alios plures congerit Tiraq. in tract. de legib. connub. in gl. 6. nu. 56. & 76. Atqui actus iste cōstitutionis dotis est utilis ipsi mulieri. Ergo non impeditur à statuto. Illa mi- nor probatur, quia mulier melius à viro tractabitur, si erit dotata, quam si non erit. §. si quis enim, in Auth. de- nuptijs. & dicemus infra. Itē dos non publicabitur ob de- licium mulieris, nisi in quinq; casib. l. quinq; ff. de bonis dāna. Item non poterunt bona h̄c alienari, vel præscribi, si immobilia sunt. l. vbi lex. ff. de vſuc. & l. vnicia.

S. &

§. & cum lex. C. de rei vxor. actio. Verum hūc rōni recte satisfacit Cor. in d. consil. 254. nu. 27. & in consil. 282. colu. 6. vlt. lib. 1. imo t̄ non esse vtile, sed damnosum mulieri cōstituere dotē marito, ex quo dē alienare, dū in reū trans- fert dominū. l. doce ancillam. C. de rei vend. Et cum statutum requirat solemnitatem hanc etiam in cōstitutione dotis, vt statim dicemus, sequitur concludendū, non esse vtile mulieri eam sic cōstituere. Et præterea illa do-

ctrina Bald. in d. l. neq. C. de contrah. & cōmit. stipulat. cū similibus, intelligitur quando constat evidenter de vtilitate mulieris, sicuti in specie se ipsum declarat Bald. in l. quæcumq; in vers. & scias tamen. C. de bonis quæ libe- ris. & Dec. in consil. 532. col. 2. quos secutus est Tiraq. in d. gl. 7. nu. 87. & sensit Corn. in d. consil. 282. nu. 10. lib. 1.

Secundū mori sunt, quod statutū hoc requirens cōsensum propinquorum in contrah. celebrandis à mulieribus locum non habet in contrah. t̄ dotis. Cū verba statuti etiam si generalia, imo & vniuersalia sunt, nō in- cludunt causam dotis, vt tradunt Sal. in l. vlt. C. de iure dotum, ex illo textu, & alij plures, quos longa serie con- gerit Tiraq. de retractu confang. §. 1. gl. 14. nu. 91. 92.

17 Et in specie, quod t̄ statutum hoc requirens cōsensum propinquorum non habeat locum in contractu dotis, affirmant Bald. Nouel. in tract. de dote. par. 6. pri- uileg. 48. & alij relati a Tiraq. de legib. connub. in glo. 6. num. 194. & 195. addo Calc. in consil. 13. colu. 1. Ruin. in consil. 194. num. 4. & in consil. 195. lib. 1. eo. Nattam in consil. 53. col. pen. & vlt. lib. 1. Et hoc arg. vſus in casu nostro est Ruin. in d. consil. 61. nu. 3. lib. 3.

Ceterum responderetur, quod imo lex generaliter, seu vniuersaliter loquitur, comprehendit etiam causam dotis. Ita in specie, quod statutum requirens cōsensum propinquorum in contractibus mulierum, locū habeat

18 t̄ etiam in dotis constitutione, scriperunt Anch. in consil. 93. col. 1. Dec. in consil. 30. & in consil. 536. col. 2. vers. 3. principaliter. Soc. Iun. in consil. 12. col. 3. vers. non ob- stat modo. lib. 3. idem sensit Ale. in consil. 154. col. 2. lib. 2. & in consil. 103. lib. 3. Tiraq. d. gl. 14. num. 91. Et in claris his terminis, idem censuit Corn. in consil. 282. nu. 11. ver- sic. similiter fragile. lib. 1.

Tertio mouetur Ruin. in d. consil. 61. nu. 4. lib. 3. quia licet statutum requirens cōsensum propinquorum in contractu mulieris, habeat etiam locum in cōstitutione dotis, attī intelligitur de ea dote, quæ principaliter cōstituitur, secus vero si secundariò, & in consequentiā, ex dispositione legis, sicuti in casu isto, in quo dos venit in quandam consequentiā ex dispositione legis ad contractu matrimonij. Ita (inquit Ruin.) scribunt Guiliel. Cuneus in l. item quia. ff. de partis. Cyn. in l. vlt. C. de legi- tuto. Bald. Ang. Rom. & Alex. in l. si constante. ff. soluto matrim. & alij allegati ab ipso Ruino, qui & multis similibus probat, secundario, & in consequentiā multa concedi, quæ non conceduntur principaliter.

19 Relponderi potest, quod imo dos non venit in conse- quentiā matrimonij, cum matrimonij t̄ possit esse si- ne dote. Etsi enim pater tenetur non solum nuptui collocare filium, sed etiam dotem ei cōstituere. l. qui libe- ros. ff. de ritu nupt. Non tamen mulier tenetur se ipsam dotare, si maritus in contractu matrimonij nihil dixit. §. si quis autem dixerit in Auth. de nup. & in §. qui autem. in Auth. quibus mod. natura effic. leg. & tradunt Bar. & Alex. in l. si don. §. si quis indebitum. ff. de cond. ob cau- sam. Rip. in l. 2. num. 43. ff. sol. matr. & diximus superiore præsumptione. Et matrimonium esse posse sine dote, probatur l. vlt. C. de don. ante nup. & in l. iubemus. C. de repudijs, & ad rem prop̄e respondit Rom. consil. 514. nu. 2. vers. nec est hoc absurdum.

Quarto mouetur Ruin. in d. consil. 61. nu. 6. lib. 3. eo ar- gumento, quod statutum hoc locum habet solum in obli- gatione vera, non autem in ficta, cum statuti, præsentum

odiosi, t̄ & correctorijs, verba intelligi debeant de casu vero, non autē de ficto. l. 3. §. hec verba. ff. de neg. gest. cū similibus. Atqui dos ista, quā dicitur promitti à muliere viro, est dos ficta. l. Diuus. ff. de iure dote. Ergo in ea statutum locum non h̄t. Verum facile diluitur h̄c cō- sideratio, cū falsa sit illa minor propoſitio. Est. n. verius, dotem hanc dici præsumptam, non autem fictam, sicuti probat d. l. Diuus. quam rectius consideravit in specie h̄c Corn. in d. consil. 254. nu. 30. lib. 1. & dicemus infra.

Quinto suam hanc opinionem defendere conati sunt Soc. Sen. in d. consil. 80. num. 13. lib. 4. & Ruin. in d. consil. 61. nu. 8. lib. 3. argumento, quod statutum hoc nō valet, utpote impeditum matrimonij, vt respondit Butri. in consil. 35. Verum argumentatio h̄c facile cōsideratur, cū verè statuta h̄c valeat, nec sunt impeditum matrimonij, sicuti in specie respondit Corn. in d. consil. 254. nu. 7. lib. 1. simili in casu tradunt Bar. in l. Titia. ff. de verb. ob- lig. vbi Iaf. & Calcan. in consil. 3. nu. 2.

Nec obstat illud responsum Butrij in d. consil. 34 quādoquidem loquitur Butri, quando absolutē, prohibetur alienatio bonorum, vt etiam eum intellexit Corn. vbi supra, in casu autem nostro non prohibetur, sed permit- tur, observata solemnitate quadam.

21 Præterea statutum t̄ disponens cōsta dotes valet, dū modo nō sit omnīd impeditum matrimonij. Ita post alios declarat Alc. in respn. 53. nu. 17. & in resp. 62. secundum antiquam impressionem Lugdun.

22 Extenditur hic casus, vt locum ēt habeat, qñ t̄ iam in contrah. t̄ ipso matrimonij, adhibitus fuisse cōsensus propinquorum. Nam adhuc non sufficit, vt dicatur mulier dedisse omnia bona sua in dotem. Quandoquidem cōsensus ille adhibitus in matrimonio, non trahitur ad dotis constitutionem, cum diuersa sint. Ita respondit Corn. in d. consil. 254. n. 6. lib. 1. quem secutus est Phanuc. in tract. de lucro dotis in gl. 10. nu. 29. & 30. Nec obstat consideratio Soc. Sen. in consil. 80. n. 18. & 21. lib. 4. quod cōsensus adhibitus super contractu principaliter, trahi- tur ad ea, quæ secundariò, & in consequentiā veniunt, l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum, quo addu- cit scripsit Baldus ibi, quod decretum interpositū su- per contra, trahitur ad consequentiā. Respondetur se- cundum Cor. in d. consil. 254. nu. 1. dotē t̄ non dici venire in consequentiā necessariam ipsius matrimonij, cū ma- trimonij sine dote stare possit. Et propinquus, qui ma- trimonij cōfērunt, cum ignorauerint dotis quantitatē, & promissionem, dici non possunt illi cōfēnisse.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando iam h̄c mulier primo marito constituit dotem in omnibus suis bonis adhibito propinquorum cōsensu, & deinde nupsisset secundo, non adhibito ipso cōsensu. Nam hoc casu præsumitur dedisse eadem omnia bona in dotem secundo marito. Et hoc in casu defendi, potest opini. Soc. Sen. in d. consil. 80. lib. 4. & Ruin. in consil. 61. lib. 3. quemadmodum in specie explicat Phanuc. in d. tract. de lucro dotis, in gl. 10. nu. 27. Qua de re dicemus infra, in subsequenti casu.

Quartus est casus, quando mulier erat etate maior, & iam fuit alteri nupta, cui quidem primo viro dederat omnia bona sua in dotem. Hoc in casu, præsumitur ea- dem dos repetita in secundo hoc matrimonio. Ita Cyn. in Auth. quamvis. q. 3. C. de rei vxor. act. Bart. in sua qu. 7. in solutione. col. 1. vers. 1. casu. Bald. in l. nullia. C. de iure dote. Castren. in l. si mulier. §. pen. ff. sol. matr. Salicetus in d. Auth. quamvis. col. vlt. quāst. 5. Rom. in consil. 314. num. 2. Abbas in consil. 46. in 2. dubio. lib. 1. Imola in l. 1. col. 5. ff. sol. matr. Alex. in consil. 144. col. 2. lib. 5. & in consil. 122. col. 2. lib. 7. Calcan. consil. 4. col. 3. Curt. Sen. in consil. 78. col. 7. Bal. Nouel. in tract. de dote. in 6. par. privileg. 71. Soc. Sen. in consil. 81. in fi. lib. 3. & in consilio 80. num. 1. & nu. 18. lib. 4. Ruin. in consil. 61. nu. 23. lib. 3. & in